


Relación de 31 [illegible] con [illegible] capítulos [illegible] de [illegible] en la Nueva España [illegible] del año 1612 al 1773 [illegible]



ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS,

CELEBRATI

In Regali Prędicatorum Conventu MEXICANO.

Anno Domini 1675.

MEXICI: Apud Viduam Bernardi Calderon.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ Trinitatis PATRIS, & FILIJ, & SPIRITUS SANCTI, & intemeratę Virginis MARIÆ, Parentis N. DOMINICI, omniumque Sanctorum Dei. Amen.

HÆC sunt Acta Capituli Provincialis celebrati in hoc nostro Regali Sancti Patris N. Dominici MEXICANO Conventu huius nostrę Provincię Sancti Iacobi novę-Hispanię Ordinis Prędicatorum, die decima octava mensis Maij, Anni Domini millesimi, sexcentesimi, septuagesimi quinti, sub R. Adm. P. N. Fratre ANTONIO LEAL DE ARAVJO, in Sacra Theologia Magistro, ac nostri celeberrimi S. Dominici de Portacœli Collegij Rectore, & in prędicto Capitulo in Priorem Provincialem summo omnium Patrum consensu, piorum sęcularium applausu: maiorumque celebratione electo: definientibus pariter RR. Adm. PP. NN. Fratre Francisco Muñis Magistro, Vicario apud domum nostram SS. Philippi, & Iacobi de Azcapozalco. Fratre Ioanne à S. Dominico Magistro. Fratre Marco Ru-

Rubio Prędicatore Generali, & Fratre Andrea de Andrada Prędicatore Generali, & Vicario domus nostrę Sanctę Marię Purificationis de Atlacoayan.

Iste sunt Absolutiones.

IN primis absolvimus omnes tam Superiores, quam Vicarios Conventuum, & Domorum huius nostrę Provincię.

Iste sunt Denuntiationes.

DENVNCIAMVS (vacante Provincialatus officio, & absoluto quadriennio R. Adm. P. N. Fratris Petri Cabeças Prędicatoris Generalis) electum fuisse (servatis omnibus de iure servandis) in Priorem Provincialem huius nostræ Sancti Iacobi Mexicanę Provincię R. Adm. P. N. FR. ANTONIVM LEAL DE ARAVJO, in Sacra Theologia Magistrum, & Rectorem nostri Collegij S. Dominici de Portacœli, magna tam Regularium Patrum, quam Sęcularium Procerum conclamatione, & lętitia.

Item denunciamus acta Capituli Generalis Romę 1670. sub R.mo P N. Fr. Ioanne Thoma de Rocaberti, Sacræ Theologię Professore, atque vniver-

versi Prędicatorum Ordinis Generali Magistro, quę; que humili, vt decet, obedientia recipientes toti Provincię solemniter nota fecimus. Verum quia in eisdem plurima continentur pręcepta, ac censurę, cum ibi, non solum ea, quę in pręfato Capitulo stabilita fuere exprimantur, sed etiam renoventur, ac roborentur ea, quę in Capitulo Romano 1656. ordinata sunt, in quibus plura similiter pro Indiarum Provincijs statuta reperiuntur in vi pręcepti, & censurę: quę omnia, simul, iunctinq; accepta multitudinem pręceptorum videntur affere, & ob adauctum numerum, subditorum conscientias poterunt illaqueare, & pręcipuè timoratorum pusillos animos continua anxietate cruciare. Id circo ad R.[mi] P. N. Magistri Generalis pedes humiliter provoluti piam eius lenitatem, paternaque exoramus benevolentiam; quatenus prefatam dictorum Capitulorum Generalium, censurarum, ac pręceptorum vim temperare pro sua benignitate dignetur: relinquendo ea pro bono huius nostrę Provincię regimine, facilique obseruantia, in vi solummodo ordinationum, simulque RR. PP. Provincialibus committat plenam super hoc indulgendi, ac dispensandi authoritatem in casibus sępe sępius emergētibus, & sacramentorum pręcisse administrationi satis obstantibus. Quemadmodum ob nimiam maris, terręque distantiam, ne impossi-

possibilitate recursus careremus remedio, non nulli Magistri generales cum eisdem fecère Prelatis. Precertim R.mus Fenarius. Quam supplicationem habet iam hec nostra Provincia interpositam, imò, & per nostrum Procuratorem ad manus transmissam R.mi Cui noviter insistendo R.mum P. N. precamur enixè, vt rationibus ibi à nobis expositis commotus, pias aures, non obtùret, sed inclinet, & nostris, vt speramus precibus benigne dignetur annuere, & timidorum conscientijs debita consulat, providentia.

Item, denunciamus ad nos pervenisse decretum à Sancta, & Generali editum Inquisitione, quod incipit. *D. Fray Antonio de Soto-Mayor, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arçobispo de Damasco; Inquisidor General, &c. Considerando los graves inconvenientes*. Et terminatur: *Mandamos, que este edicto se remita à los Provinciales, por los Inquisidores de cada Tribunal*. Quodque semel in anno, videlicet feria sexta infraoctas Assumptionis B. Virginis Marie, omnibus, & singulis communitatibus, iuxta eiusdem decreti seriem solemniter venit notificandum, quod, vt commodè fieri queat tot transumpta transmissimus, quot sunt Provincie Conventus. Imo, & in hac Provinciali congregatione Patribus adstantibus omnibus de verbo ad verbum perlegi fecimus.

Item, denunciamus, feria quarta infra nostri Capitu-

pituli diffinitorium (servatis de iure servandis) canonicè, & à toto Capitulo electum fuisse in Diffinitorem ad Capitulum Generale R. Adm. P. N. Fr. Antonium de Monrroy Magistrum, & apud Regalem Mexicanam Academiam Doctorem Theologum: quondam ibique S. Thomę Cathedrę Moderatorem, atque olim Regalis Mexicani Conventus Priorem.

Item in eius socium datum fuisse R. P. Fratrem Petrum de la Peña Pręsentatum cum eisdem privilegijs.

Iste sunt Denunciationes, & acceptationes graduum.

IN primis denunciamus gradum Magisterij R. Adm. P. Fr. Augustini Dorantes, titulo Lectionis, & pro natis in Indijs in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. N. Fr. Ildephonsi de la Barrera, quondam Provincialis.

Item, denunciamus gradũ Magisterij R. Adm. P. N. Fr. Antonij Leal de Araujo, titulo Lectionis pro natis in Indijs, in loco actu vacanti ob mortem R. Adm. P. Fr. Barnabę Muños.

Acceptamus gradum Magisterij R. Adm. P. Fr. Petri de Espinosa, Prioris Conventus S. Marię de Pieta-

Pietate, titulo Lectionis extra numerum Provincię.

Item denunciamus gradum Pręsentaturę R. P. Fr. Ioannis Pimentel Sacrę Scripturę Cathedrę Moderatoris, titulo Lectionis pro natis in Indijs in loco actu vacanti, propter promotionem ad gradum Magisterij R. Adm. P. Fr. Augustini Dorantes.

Acceptamus gradum Pręsentaturæ R. P. Fr. Nicolai de Medina Sacrę Theologię Lectoris, & in Regia Vniversitate Doctoris, atque Divi Thomę Cathedrę proprietarij, titulo Lectionis, & pro natis in Indijs, in loco actu vacanti, intra numerum Provincię.

Item denunciamus gradus Præsentaturę RR. PP. Fr. Ioannis de Burgos; Prędicatoris Generalis, & Prioris domus nostrę S. Marię de el Rosario de Guadalaxara. Fr. Nicolai de Vargas. Et F. Christophori Telles, Prędicatorum Generalium, titulo prędicationis, & extra numerum Provincię.

Item denunciamus gradum Prędicaturę Generalis R. P. Fr. Thomę Mejia, Provincię Procuratoris, & à secretis nostri Capituli, ex natis in Indijs, in loco vacanti, ob mortem R. P. Fr. Rochi de la Serna; secundum indulgentiam, & dispositionem R.mi P. N. Fr. Petri Maria Passerino, Vicarij Generalis nostri Ordinis in precedenti Capitulo denunciatam.

Item denunciamus Prędicaturas Generales RR.

PP.

PP. Fr. Iosephi de Altamirano, Vicarij domus nostræ S. Ioannis Baptistæ de Tenanco. Fr. Ioannis de Cordoba, Vicarij domus nostræ S. Dominici de Oaxtepec. & Fr. Ioseph de Vega, Vicarij domus nostræ S. Augustini Palpan, pro natis in Hispania. Fr. Gregorij de Moya. Fr. Antonij de la Torre, & Fr. Ioannis Gasco, ex natis in Indijs, pro primis locis vacaturis.

Aceceptamus Prædicaturas Generales RR. PP. Fratris Andreę Faxardo. Fr. Iosephi Navarro, & Fr. Laurentij Sanchez, ex natis in Indijs, & pro primis locis vacaturis.

Istæ sunt Ordinationes, & petitiones Provinciæ.

QVia ex nostri ordinis institutione sacrarum literarum studijs incumbere debemus, & tam Lectores, quam Studentes infatigabiles, & omnem adhibentes curam in edocendis ipsis, ipsisque acquirendis segerere debent, ordinamus, & mandamus omnibus, singulisque Regentibus, vt codicem acuratè servent, inquo omnes studentes, tam Artium, quam Theologiæ principium simul, & finem cursum illorum notent, signandoque diem, mensem, & annum manu propria subscribant, vt ita

recti uspcssint iuxta seriem nostrarum Constitutionum, eos ab obligatione cursandi absolvere, qui legitimè suis studijs terminum imposuerint.

Item renovamus omnes, & singulas ordinationes à pręcedenti Capitulo Provinciali factas Mexici anno Domini 1671. sub R. Adm. P. N. Fr. Petro Cabeças Prædicatore Generali.

Item ordinamus capitulorum generalium ordinationibus adhærentes, vt Artium cursus ante tres annos nullatenus terminentur, cursus verò ab hinc citra duos annos terminatos nullius esse valoris pro receptione graduum declaramus.

Acuratè considerantes non nulla, quæ experimur incōmoda, quæque ex temporis angustia exoriuntur inconvenientia, si Prioratus, Rectoràtus væ biennij tempore clauduntur præcisso: matura, vt sedulitate negotijs Conventuum, Domorum constructionibus, Ecclesiarumque reparationibus inhærentes R.mum P. N. Mag. Generalem rogamus enixè, vt prædictorũ Prioratuum, Rectoratuumque huius nostrę Provinciæ officia ad triennium dignetur extendere; sicut mos est in antiqua Hispania, & quemadmodum olim pro sancta Peruana Provincia fuit prudenti, maturaque ipsarum rationum habita consideratione sancitum.

Ex-

Expositiones, & postulationes Provinciæ.

IN primis exponimus ad gradum Magisterij titulo lectionis in loco actualiter vacanti ob mortem R. Adm. P. N. Fr. Ioannis de Alvear ex natis in Hispania, R. P. F. Iosephum de Benavente Presentatum ex natis in Indijs secundum præalegatam dispositionē in Capitulo Generalissimo 1671. confirmatam, & in memoriam revocamus postulationem factam à precedenti Capitulo Provinciali, inspectis multiplicibus laboribus, quibus in sapientia plurimos Provinciæ cumulavit filios.

Item exponimus ad gradum Magisterij titulo lectionis, & pro natis in Hispania R. P. Fr. Petrum de la Peña Presentatum, & Priorem domus nostræ S. Crucis de Zacatecas, in loco actu vacanti ob mortē R. Adm. P. Fr. Dionisij de Balcarcer.

Item exponimus ad gradus Presentaturæ titulo lectionis, & pro natis in Indijs RR. PP. Lectores Fr. Iosephum de Herrera, nostri Regalis Mexicani Cōventus Regentem secundarium, & in Mexicana Academia Doctorem Theologum. Et Fr. Iosephum Canseco, nostri Collegij de Portacœli Regentem secundarium, in locis actualiter vacantibus ob promotiones ad gradus Magisterij R. Adm. P. N. Magistri

ſtri Provincialis Fr. Antonij Leal de Araujo, & R. Adm. P. Fr. Auguſtini Dorantes.

Item exponimus ad gradus Præſentaturę titulo lectionis RR. PP. Sacrę Theologiæ Lectores Fr. Antonium de Huerta, ex natis in Indijs, & Fr. Hieronymum de Cardona, ex natis in Hiſpania, in locis proximè vacaturis ob aſſumptiones RR. PP. Fr. Ioſephi de Benavente, Præſentatis, ex natis in Indijs, & Fr. Petri de la Peña, ex natis in Hiſpania, ſi R.mo prędictæ placuerint promotiones.

Item exponimus ad gradum Prędicaturæ Generalis R. P. Fr. Ioannem de Algeſira, ex natis in Indijs, titulo linguæ Mexicanæ, in loco actualiter vacanti ob mortem R P. Fr. Petri de Oyanguren.

Item exponimus ad gradum Præſentaturę titulo linguæ Mexicanæ R. P. Fr. Ioſephum de la Vega, ex natis in indijs, & loco vacanti, & huic noſtrę Provinciæ conceſſo pro eorum qui in edocendo Mexicano idiomate laboraverunt compenſandis vigilijs.

Et inhęrentes cuidam diſpoſitioni à R.mo P. N. M. Generali Fr. Ioanne Baptiſta de Marinis, ſtabilitę, licet neminem ad gradus pro locis vacaturis exponamus, tamen, quia prębenemeritorum continui labores, prolixęque latère non debent inſudationes, aliquos paternę, atque magnificētiſſimę R.mi P. N. Magiſtri Generalis liberalitati maturè cōmendare inten-

intendimus, quia ſic honorabitur, quem R.mus P. voluerit honorare: Extat ergo quam primum R. P. Lector Fr. Ioſephus de Herrera, in ſtudio generali huius Regalis Conventus ſecundarius Regens, quem omnium præcordiorũ affectibus cõmendamus, cum ſit omnium plauſu quàm dignus, quia Mexici, Angelopolis & alibi in Cathedra, & Prædicatione magno cum Religionis honore, & proximorum vtilitate pluſquam quatuordecim annis inſudarit, eòque Regalis Mexicana Academia Doctoratus infula omnium acclamatione honorarit. Ideoque tota hęc noſtra Provincia iterum, atque iterum humiliter deprę-catur, vt iſtum, qui cunctis meritis, & laboribus emicuit, honoribus, & gratijs emineat, N. que R.mus ad Magiſterij lauream efferat, ſi placuerit.

Occurrunt & RR. PP. Frater Ioannes de Zeballos Præſentatus, & Rector Collegij S. Ludovici Civitatis Angelorum, qui per quatuordecim annos Philoſophiam, ac Theologiam, quam laudabiliter legit; ſimiliter Fr. Ioannes de el Caſtillo, Fr. Ioannes Pimentel Pręſentati, Fr. Ioannes de Dioſdado Lector Theologiæ, & ſecundarius Regens Collegij S. Ludovici. Fr. Ioſephus Canſeco Collegij de Porta-cœli Lector Regens. Fr. Ioannes Mendes Lector Theologiæ Mexicani Conventus, & in Regali Mexicana Academia infula redimitus. Fr. Antonius de Huer-

Huerta. Fr. Antonius Suazo, & Fr. Ioannes de Oroſco Lectores Theologiæ, qui per plures annos magno Religionis honore, & tyronum fructu ſtudijs addicti fuère.

Item, & RR. PP. Fr. Ioannes Marquez, & Fr. Ludovicus Gomez, qui per tres, & triginta annos continua, & infatigabili obedientia idiomate Hiſpano vbique Indiarum fęliciter, & magno honoris incremento verbum Chriſti diſſeminarunt.

Item, eodē Hiſpano idiomate glorioſę prędicationis implevère opus RR. PP. Fr. Nicolaus de Villalobos Prædicator Generalis. Fr. Antonius dela Torre.

Item, & Fr. Franciſcus de Salaya per ſeptemdecim annos in concionando laboravit, & non parco tempore in educandis Novitijs vigilavit. Similiter Fr. Petrus de Salazar. Fr. Sebaſtianus de Soto. Fr. Antonius Pedrique. Fr. Nicolaus Jurado. Fr. Antonius de Velaſco. Fr. Ioſephus de Altamirano Prędicator Generalis. Fr. Petrus Cabello. Fr. Dominicus Mejia. Fr. Emmanuel de Olivan, & Fr. Lucas de Soto, qui plurimis elapſis annis in ſeminādą Catholica doctrina laboraverunt.

Item, & RR. PP. qui in vtroque idiomate prędicationi laudabiliter incubuerunt, videlicet. Fr. Marcus de Saavedra, qui per triginta & tres annos magna cum promptitudine, & fęlicitate aſſiduos cumulavit

lavit labores. Similiter Fr. Nicolaus de Salazar, Fr. Philippus de Villarroel, Fr. Ferdinandus Solano. Fr. Ioannes de Mendoza, Fr. Iosephus de Carrāza, Fr. Ildefonsus Palacios, & Fr. Barnabas de la Torre. verè divini verbi pervigiles, & ambidextri Satores.

Item, & RR. PP. qui idiomate Mexicano Xti hæreditatem ampliare conantur: nempe Fr. Philippus Garcia Vicarius domus nostrę S. Hiacinthi, qui per sex, atque decem annos in prędicatione, Indorumque educatione anxiè elavoravít. Simul, & ea propter honorandi sunt Fr. Franciscus de la Vega, Fr. Iosephus de la Roca, & Fr. Nicolaus Adorno.

Item, R. P. Fr. Iosephus Patiño, qui Superiorum obedientia ad publica vtilitatis negotia destinatus in conservandis, augendisque communitatis nostrę bonis, plurimis procuravit annis: qua propter benignitatem R.mi exoramus, vt illum gradu Prædicaturę Generalis extra numerum Provincię honorare dignetur; quemadmodum fecit olim R.mus P.M. Generalis Fr. Nicolaus Rodulfo, similium ratione habita męritorum.

Istæ sunt Institutiones.

INstituimus in Magistrum Novitiorum Regalis huius Conventus S.P.N. Dominici de Mexico, R.

R. P. Fr. Iosephum de Carranza.

Instituimus in Vicarium eiusdem Conventus R, P. Fr. Ildephonsum de Gamboa, & in Zelatorem R. P. Fr. Ildephonsum Navarro.

Instituimus in Regentem primarium Regalis Conventus Mexicani R. P. Fr. Nicolao de Moctezuma Magistrum, & in Regentem secundarium R. P. Lectorum Fr. Iosephum de Herrera.

Instituimus in Vicarium Monialium R. P. Fr. Didacum Correa, & in earundem Capellanum R. P. Fr. Ioannem Garcia.

Instituimus in examinatores pro Idiomate Mexicano R. Adm. P. N. Fr. Petrum Cabeças Prædicatorem Generalem, & Rectorem nostri Collegij S. Dominici de Porta-cœli, & R. P. F. Marcum de Saabedra.

Deputamus in Secularium, & Confraturm Sanctissimi Rosarij Confessores ordinarios RR. PP. Fr. Franciscum Rey, & Fr. Iosephum de Palacios.

Instituimus in depositarios Conventus RR. PP. Fr. Iosephum de Herrera Regentem, & Fr. Laurentium de Arana.

Instituimus in Vice-Rectorem, & Procuratorem nostri Collegij de Porta-cœli R. P. Fr. Philippum de Siria.

Instituimus in Notarium Apostolicum pro ad-

im-

implendo numero duodenario R. P. Fr. Ioannem de Cordoba Prædicatorem Generalem, & Vicarium domus nostræ Sancti Dominici de Oaxxtepec, ex natis in Hispania, & in loco vacanti ob mortem R. P. Fr. Ioannis Ramirez.

Instituimus in socium R. Adm. P. N. Magistri Provincialis R. P. Fr. Emanuelem de Olivan.

Istæ sunt Incorporationes.

IVstis notisque de causis huic nostræ Provinciæ S. Iacobi de Mexico, incorporamus Patres Fratrem Iosephum de Morales, & Fr. Ioannem Muñoz, Provinciæ S. Crucis Insularũ, Fr. Laurentium de Sola, Provinciæ Sanctæ Fidei de Bogotà, Fr. Ioannem de Peñaranda, Provinciæ Sancti Hippoliti de Oaxac, Fr. Iosephum Sarmiento, & Fr. Andream Garcia, Provinciæ Angelopolitanæ, quas afiliationes, & incorporationes à R.mo P. N. Magist. Generali petimus, quam submisso animo possumus.

Acceptationes ad Suffragia, & beneficia Provinciæ.

VT ergo benefactoribus pro nostra facultate debitis beneficia persolvamus impendijs ad omnes gratias peculiaria fratrum, nostreque

Provinciæ Suffragia, acceptamus: in primis Illuſtriſſimum, ac Reverendiſſimum D. D. D. Emmanuelem Fernandez de S. Cruz, Epiſcopum Electum Novę-Galicię. Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. D. Mag. Fr. Didacum de Aguilar, Electũ Epiſcopum Sanctiſſimi Nominis Iesv, ex Ordine noſtro aſſumptum. D.D. Ioannem Michaelem de Augurto, apud Novę-Galicię Senatum Pręſidem, atque Conſiliarium Regium. D.D.D. Martinum de Soto, & Guzman, Apoſtolicum Inquiſitorem. Doctorem D. Ignatium de Hoyos, & Santillana huius Metropolitanæ Eccleſię Canonicum Magiſtralem. Doctorem D. Petrum de la Barreda, Primariæ Legum Cathedræ in Mexicana Academia proprietarium. D. D. Thomam Pizarro, & Cortes, in Guadalaxarẽſis Curia Regium Senatorem. Lic. D. Bernardum de Frias, Guadalaxarenſis Eccleſię Canonicum. Ducem D. Emmanuelem Franciſcum de el Caſtillo, & Mujica, Ordinis Equitem Iacobei. D. Ioſephum Matthęum Guerrero, Davila, & Eſtupiñan. B.m D. Ioſephum de la Portilla Presbyterum. D. Antonium Flores de Valdes, & eius coniugem D. Annam de Vergara. D. Antonium Gallo de Eſcalada. D. D. Aloyſiam Flores, Vrrutia, & Vergara Comitizam de Peñalva. D. Ildephonſum Valdes, & eius coniugem. *Ducem D. Antonium Millan*

Ducem

Ducem D. Antonium de Medina, & Picazo, & eius coniugem D. Iosepham de Saravia, & Vergara. Ducem D. Mathiam de Legaspi. B.m D. Ludovicum de Espinosa, Presbyterum. B.m D. Ioannem de Garate, Presbyterum. Ducem Petrum Manzo, & eius coniugem D. Iosepham Daza. Ducem Gabrielem de la Cruz. D. Didacum Bidaurri, & eius coniugem D. Ioannam de Medellin. D. Mariam de Soto, & Osorio, & Sororem eius D. Theresiam de Soto, & Osorio. D. Leonoram de Zalcedo. D. Franciscam de Gamboa, & Maldonado. Hieronymam à Sanctissima Trinitate. B.m Melchiorem Tostado. Nicolaum de Bonilla, & Iosephum Rodriguez. Quos omnes admittimus ad gratiarum communionem cum onere trium Missarum.

Sequuntur assignationes.

IN Regali S. P. N. Dominici Mexicano Conventu, assignamus R. Adm. P. Fr. Philippum Galindo, Magistrum, & eiusdem Conventus Priorem.

R. Adm. P.N. Fr. Ludovicum de Orduña, Magistrum.

R. Adm. P. Fr. Nicolaum de Moctezuma, Magistrum, quem, damus in Regentem primarium.

R. Adm. P. Fr. Franciſcum Muñoz de Molina, Magiſtrum.
R. Adm. P. Fr. Ioannem Alvares Magiſtrum.
R. Adm. P. Fr. Auguſtinum Dorantes, Magiſtrum.
R. P. Fr. Benedictum Pabon, Prædicatorem Generalem, quem damus in Supriorem.
R. P. Fr. Franciſcum de Oſſeguera, Præſentatum, & Prædicatorem Generalem.
R. P. Fr. Nicolaum de Bargas, Pręſentatum, & Prędicatorem Generalem.
R. P. Fr. Ioſephum de Benavente, Præſentatum.
R. P. Fr. Ioannem Pimentel, Præſentatum, quem damus in Lectorem Sacræ Scripturæ.
R. P. Fr. Nicolaum de Medina, Præſentatum, quē damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. Fr. Ludovicum Ortis, Prędicatorē Generalē.
R. P. Fr. Didacum de Caſtro.
R. P. Fr. Athanaſium de la Torre.
R. P. Fr. Paulum de Ynoſtroſa.
R. P. Fr. Ioannem de Algezira, quem damus in Vicarium Indorum.
R P. Fr. Hieronymum de Medrano.
R. P. Fr. Ferdinandum de Gongora.
R. P. Fr. Ludovicum Vallejo.
R. P. Fr. Ioannem de Mendoza.
R. P. Fr. Thomam Mejia, Prædicatorē Generalem,

quem

quem damus in Procuratorem Provinciæ.
R. P. Fr. Andream Faxardo, Prędicat. Generalem.
R. P. Fr. Didacum Correa, quem damus in Vicarium Monialium.
R. P. Fr. Ioannem de Barrientos.
R. P. Fr. Iosephum Patiño, quem damus in Procuratorem Conventus.
R. P. Fr. Andream de el Rosario.
R. P. Fr. Petrum de Baldes, quẽ damus in Cantorẽ.
R. P. Fr. Gregorium de Monsalve.
R. P. Fr. Emmanuelem de Olivam, quem damus in socium R. Adm. P. N. Mag. Provincialis.
R. P. Fr. Iosephum de Herrera, quẽ damus in Regentem secundarium.
R. P. Fr. Iosephum de Carranza, quem damus in Magistrum Novitiorum.
R. P. Fr. Petrum de Salazar.
R. P. Fr. Ioannem Gasco, Prędicatorẽ Generalem.
R. P. Fr. Franciscum de Salaya.
R. P. Fr. Iosephũ Navarro, Prędicatorem Generalẽ.
R. P. Fr. Laurentium Sanchez, Prędicat. Generalẽ.
R. P. Fr. Antonium Pedrique.
R. P. Fr. Ildephonsum Navarro, quem damus in Zelatorem.
R. P. Fr. Ildephonsum Gamboa, quem damus in Vicarium Conventus.

R. P.

R. P. Fr. Michaëlem de Perea.
R. P. Fr. Ioannem Rey de Contreras.
R. P. Fr. Ioannem Mendez, quem damus in Lectorem Theologię.
R. P. Fr. Ioannem Garcia.
R. P. Fr. Franciſcum Rey de Contreras.
R. P. Fr. Ioſephum de Palacios.
R. P. Fr. Antonium Suazo, quem damus in Magiſtrum Studentium.
R. P. Fr. Iacinthum de Medina, quem damus in Lectorem Artium.
P. Fr. Ioannem Soltero.
P. Fr. Andream Garcia.
P. Fr. Ioſephum *Petiſve*.
P. Fr. Manuelem de Pavia.
P. Fr. Laurentium de Arana.
P. Fr. Ioſephum Sarmiento. Alterum Cantorem.
P. Fr. Emanuelem de Adorno.
P. Fr. Dominicum de Alvarado, quē damus in Præceptorem Grammaticæ.
P. Fr. Petrum Flores.
P. Fr. Didacum de la Barrera.
P. Fr. Ioſephum Gonzalez.
P. Fr. Laurentium de Aponte.
P. Fr. Ioannem Sentis.
P. Fr. Franciſcum de Tobar.

P.Fr.

P. Fr. Ioannem de Peñaranda.
P. Fr. Felicem de Leſalde.

¶ Diaconos.

Fr. Philippum de Cabrera.
Fr. Frāciſcum de Aguilar.
Fr. Ioannem de Saona.
Fr. Lucam Vejarano.
Fr. Ioannem de Rojas.

¶ Subdiaconos.

Fr. Ioannē à S. Michaele.
Fr. Michaelem de Ojeda.
Fr. Chriſtophorū Tellez.
Fr. Franciſcum de Rioja.
Fr. Ioſephum de Vizcarra.

¶ Acolitos.

Fr. Ioſephum Navarro.
Fr. Ioannem Oſſorio.
Fr. Nicolaū de Eſcalante.
Fr. Ioſephum Vidal.
Fr. Iacinthum Rochum.
Fr. Didacum de Eſpinola.
Fr. Frāciſcū de Chavarria.
Fr. Ioſephum de Meſa.
Fr. Auguſtinū de Eſcalāte.
Fr. Franciſcum Correa.
Fr. Michaelem de Alvear.
Fr. Nicolaum Ramos.
Fr. Ioannē à S. Dominico.
Fr. Hieronimum Jaimes.
Fr. Franciſcū de la Torre.
Fr. Ioſephū de Eſpinoſa.
Fr. Ioannē de Yturrigoitia.
Fr. Ioannem Sanchez.
Fr. Chriſtophorū e Sierra.
Fr. Ioannem Gutierrez.
Fr. Ioſephum Ruiz.
Fr. Andream Manſo.
Fr. Didacum Ramirez.

¶ Laicos.

Fr. Franciſcū de los Rios.
Fr. Andreā de Torreblāca.
Fr. Dominicum de Cruce.
Fr. Antoniū de Almeyda.
Fr. Ioannem de Ribera.
Fr. Hieron. de Eſcalante.
Fr. Vincentium de Siria.
Fr. Michaelem Gomez.
Fr. Franciſcum Moreno.
Fr. Didacum de Marcha.
Fr. Iacinthū Maldonado.

Fr.

Fr. Melchiorē de la Barrera	Fr. Iosephum de Ribera.
Fr. Nicolaum Cortes.	Fr. Philippum de la Cruz.
Fr. Ioannem del Rosario.	Fr. Didacum Carrillo.
Fr. Didacum Romero.	Fr. Rochum de Cuenca.

¶ *In Regali Collegio S. Ludovici Civitatis Angelorum, declaramus esse asignatos.*

R. P. Fr. Ioannem de Saballos, Presentatum, & Rectorem.

R. P. Fr. Ioannem de Diosdado, Sacræ Theologiæ Lectorem, & Regentem secundarium.

R. P. Fr. Dominicum de Sousa, Lectorē Theologię.

R. P. Fr. Blasium de Salas, Lectorem Artium.

R. P. Fr. Iosephum Guerrero, Magistrum Studentium.

P. Fr. Iosephum de Cobos.

P. Fr. Ioannem de Santiago.

Fr. Iosephum Munis. *Diaconum.*

Fr. Basilium Resino. *Subdiaconum.*

Fr. Ioannem Gonçalez. *Subdiaconum.*

Fr. Ioannem à Santo Martino. *Acolitum.*

Fr. Ioannem de Espinosa. *Acolitum.*

Fr. Iosephum de Espinola. *Acolitum.*

¶ *In Collegio S. Dominici de Porta-Cœli, asignamus.*

R. Adm. P. N. Fr. Petrum Cabeças, Predicatorem Generalem, quem damus in Rectorem.

R. P.

R. P. Fr. Philippum de Siria, quem demus in Vice-Rectorem.
R. P. Fr. Iosephum Canseco, quem damus in Regentem secundarium.
R. P. F. Antonium de Huertas, quem damus in Lectorem Theologiæ.
R. P. F. Ioannem Dorantes, quem damus in Lectorem Artium.
R. P. Fr. Ioannem de Orosco, quem damus in Lectorem Theologię.
R. P. Fr. Lucam de Soto.
Fr. Didacum de Inoso. *Diaconum.*
Fr. Laurentiū de Arce, quē damus in Mag. Studij.
Fr. Michaelem Munis. *Diaconum.*
Fr. Antoninm Reboleño. *Diaconum.*
Fr. Ludovicum Cordero. *Subdiaconum.*
Fr. Franciscum Marquez. *Subdiaconum.*
Fr. Bartholomęum Navarro. *Acolitum.*
Fr. Mathiam de Frigola.
Fr. Didacum Hernandez.
Fr. Ioannem de los Reyes.
Fr. Petrum Manso.
Fr. Franciscum Ambia.
Fr. Barthasarem Romeo.
Fr. Ioannem Saens.
Fr. Franciscum Moreno, *Laicum*

In Conventu nostro Sanctæ Mariæ de Pietate, assignamus.

R. Adm. P. Fr. Petrum de Espinosa, Magistrum, quem damus in Priorem.

R. P. Fr. Laurentium de Armenta.

R. P. Fr. Ioannem de Carranza.

Fr. Laurentium Gomez. *Laicum.*

Fr. Dominicum de Espinosa. *Laicum.*

In Conventu Sanctæ Mariæ de el Rosario de Guadalaxara, assignamus.

R. P. Fr. Ioannem de Burgos, Præsentatum, & Prędicatorem Generalem, quem damus in Priorem.

R. P. Fr. Marcum de Aguilus, quem damus in Superiorem.

R. P. Fr. Ioannem de Escobar.

R. P. Fr. Antonium de la Torre, Prędicatorem Generalem.

R. P. Fr. Hieronymum de Cardona, quem damus in Lectorem Theologię.

P. Fr. Franciscum de Pastrana.

P. Fr. Thomam de Mendoza.

Fr. Nicolaum de Alanis, quem damus in Lectorem Artium.

Fr. Dominicum Perez. *Laicum.*

In Conventu N. Sancti Ioannis Baptistæ de Coyoacan, assignamus.

R. Adm. P. N Fr. Ioannem de Sancto Dominico, Ma-

Magiſtrum, & noſtri Capituli Diffinitorẽ, quem Damus in Priorem.
R. Adm. P. N. Fr. Marcum Rubio, Prędicatorem Generalem, & Diffinitorem noſtri Capituli.
R. P. Fr. Chriſtophorum Tellez, Prę ſentatũ, & Prædicatorem Generalem.
R. P. Fr. Didacum de Figueroa.
R. P. Fr. Didacum de Chaves.
R. P. Fr. Ioannem Cantu. Miniſtrum.
P. Fr. Didacum de Bargas.
P. Fr. Antonium Marquez.

¶ *In Conventu N. Sanctæ Crucis de Zacatecas, aſſignamus.*

R. P. Fr. Petrum de la Peña, Prę ſentatum, quem damus in Priorem.
R. P. Fr. Ioannem de Medrano, Prę ſentatum.
R. P. Fr. Gregorium de Moya, Prędicatorem Generalem.
R. P. Fr. Ludovicum Seron.
R. P. Fr. Nicolaum Jurado.
R. P. Fr. Auguſtinum de Buſtamante.
R. P. Fr. Antonium de Seſpedes, Prędicatorem Generalem.
P. Fr. Didacum de Villegas.
P. Fr. Gabrielem de Rojas.
P. Fr. Ioſephum Ximenes.

Fr. Ildefonsum de Herrera. *Laicum.*
Fr. Ignatium de Arrue. *Laicum.*

¶ *In Domo nostra Sancti Dominici de Oaxtepec. assignamus.*

R. P. Fr. Ioannem de Cordova, Prędicatorem Generalem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Petrum Cabello, Ministrum.
P. Fr. Iosephum de Morales.

¶ *In Domo nostra S. Mariæ Magdalenæ de Tepetlaostoc, assignamus.*

R. P. Fr. Ioannem Marquez, quē damus in Vicariū.
R. P. Fr. Nicolaum Adorno.

¶ *In Domo N. Nativitatis Beatæ Mariæ de Tepostlan, assignamus.*

R. P. Fr. Andream de Monrroy, quē damus in Vicarium.
R. P. Fr. Franciscum de la Vega, Ministrum.
P. Fr. Emanuelem Galdiano.

¶ *In Domo N. Assumptionis Beatæ Mariæ de Yautepec, assignamus.*

R. P. Fr. Ioannem del Castillo, Pręsentatum, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Didacum Fernandez, Prędicatorem Generalem, & Ministrum.
R. P. Fr. Hieronymum del Poço.
Fr. Mathiam de Zeuta.

In

¶ *In Domo N. Assumptionis Beatæ Mariæ de Amecamecam, assignamus.*

R. Adm. P. Fr. Ioannem Alvares, Magistrum, quē damus in Vicarium.
R. P. Fr. Didacum Nuñes, Ministrum.
R. P. Fr. Thomam Arias.
P. Fr. Christophorum de Molina.

¶ *In Domo N. SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi de Azcapozalco, assignamus.*

R. Adm. P. N. Fr. Franciscum Muñis, Magistrum, & nostri Capituli Diffinitorem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Didacum de Caceres, Præsentatum.
R. P. Fr. Ludovicum Gomez.
R. P. Fr. Philippum de Villarroel, Ministrum.
P. Fr. Nicolaum de el Angel.
P. Fr. Franciscum de la Cueba.

¶ *In Domo N. Purificationis Beatæ Mariæ de Atlacoayan, assigmamus.*

R. Adm. P. N. Fr. Andream de Andrada, Prędicatorem Generalem, & nostri Capituli Diffinitorem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Nicolaum de Salazar.
R. P. Fr. Didacum Ramirez.
R. P. Fr. Ioannem Gutierrez.
R. P. Fr. Angelum de Bargas Ministrum.

¶ *In Domo nostra S. Petri Apostoli de Atlahuac, assignamus.*

R. P. Fr. Dominicum Mejia, quem damus in Vica- (rium.
R. P. Fr. Iosephũ de Estrada, Prędicatorē Generalē.
R. P. Fr. Iosephum de la Roca, Ministrum.

¶ *In Domo nostra S. Vincentij de Chimalhuacan-chalco, assignamus.*

R. P. Fr. Ioannem Martinez, quem damus in Vica- (rium.
R. P. Fr. Ioannem Ortiz, Ministrum.
P. Fr. Iosephum Bustinsia.
P. Fr. Bartholomęum de Yturrieta.

¶ *In Domo nostra S. Ioannis Baptistæ de Tetelan, assignamus.*

R. P. Fr. Ferdinandum Solano, quem damus in Vicarium.

¶ *In Domo nostra S. Dominici de Chimalhuacan-atenco, assignamus.*

R. P. Fr. Nicolaum de Villalobos, Prędicatorē Generalem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Ioannem Gomez.

¶ *In Domo nostra S. Hiacinthi de Istapalocan, assignamus.*

R. P. Fr. Augustinum Ponze, quem damus in Vica- (rium.
P. Fr. Iosephum de Peralta.
P. Fr. Didacum de Ita.

In

¶ In Domo nostra S. Ioannis Baptistæ de Tenanco, assignamus.

R. P. Fr. Iosephum de Altamirano, Prędicatorem Generalem, quem damus in Vicarium.
R. P. Fr. Iosephum de la Vega, Ministrum.
R. P. Fr. Gasparem de Valdes.

¶ In Domo nostra S. Dominici de Tlaquiltenanco, assignamus.

R. P. Fr. Sebastianum de Soto, quem damus in Vicarium.
P. Fr Ioannem de Garfias.
P. Fr. Laurentium de Sola.
P. Fr. Ioannem Muñoz.

¶ In Domo nostra S. Michaelis de Tlaltizapan, assignamus.

R. P. Fr. Iosephum Rodriguez, quem damus in Prę-sidem.
R. P. Fr. Christophorum Rodriguez.
P. Fr. Lupium de Vera.

¶ In Domo nostra S. Iacobi de Cuautlan, assignamus.

R. P. Fr. Didacum Marin, quem damus in Vicariū.
R. P. Fr. Iosephum de Sumarraga.
P. Fr. Ioannem Pedrique.
P. Fr. Ioannem de Suniga.
P. Fr. Fanciscum de Leon.

¶ In Domo nostra S. Dominici de Huayapan, assignamus.

R. P. Fr. Franciscum de Alcantara, quem damus in Vicarium.

¶ In Domo nostra S. Augustini Palpam. assignamus.

R. P. Fr. Iosephum de la Vega, Prędicatorem Generalem, quem damus in Vicarium.

R. P. Fr. Marcum de Saabedra, Ministrum.

R. P. Fr. Ioannem de Angulo.

¶ In Domo Nostra S. Dominici de Iochitepec, assignamus.

R. P, Fr. Ildephonsum Palacios, quem damus in Vicariũ.

P. Fr. Antonium de Montoro.

¶ In Domo nostra SS. Apostolorum Petri, & Pauli de Ecatzingo, assignamus.

R. P. Fr. Ioannem Truxillo, quem damus in Vicarium.

¶ In Domo nostra S. Dominici de Mixcoac, assignamus.

R. P. Fr. Ioannem de Medina, quem damus in Vicarium.

P. Fr. Iosephum de la Marcha.

P. Fr. Barnabam de la Torre, Ministrum.

¶ In Domo nostra S. Hiacinthi, assignamus.

R. P. Fr. Philippum Garcia, Ministrum, quem damus in Vicarium.

P. Fr.

P. Fr. Iosephum del Riego.
P. Fr. Philippum de Vizcarra.

¶ In Domo nostra S. Dominici de Coatepec, assignamus.

R. P. Fr. Thomam Brabo, quem damus in Vicariũ.
R. P. Fr. Gregorium Valladares. 250.

Suffragia pro vivis.

PRO Sanctissimo D. N. CLEMENTE Papa X. & pro tranquilitate S. Romanę Ecclesię, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Serenissimo Rege N. CAROLO SECVNDO, & Regina Domina N. & pro concordia inter Principes Christianos, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Excell.mo D. M. D. Fr. Payo de Ribera, huius Novę-Hispanię P.o ege, atque Mexicano Archiepiscopo, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro R.mo P. N. Fr. Ioanne Thoma de Rocaverti, Sacri Ordinis Prędicatorum Generali Magistro, & eius socijs: nec nõ pro nostri Ordinis incremento; quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Pro Illust.mo ac Rev.mo D. M. D. Fr. Ludovico de

Cifuentes, Iucatanensis Ecclesię Episcopo, ex nostro Ordine, & Provincia assumpto, egregioque Benefactore nostro, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Suffragia pro mortuis.

PRO omnibus fratribus nostris, Sanctimonialibus, confratribus, & benefactoribus quotquot à pręcedenti Capitulo, vsque ad pręsens ex hac luce migrarunt. Simul, & pro Illust.mo & Rev.mo D. D. D. Francisco Berdin de Molina, Episcopo Michoacanensi, nostrique Conventus S. Mariæ de el Rosario de Guadalaxara eximio benefactore, quilibet Conventus, & Domus vnam Missam.

Vbi imponimus Conventui, & Domui vnã Missam, fratres Clerici recitabunt septem Psalmos pęnitentiales. Y los Hermanos Legos rezaràn vn Rosario entero de N. Señora.

QVÆ sequuntur prelo damus, debita protestatione facta Apostolicis inhęrendo constitutionibus, nullamque aliam petentes fidẽ, nisi illam tantum, quę simplici debetur historię.

OBIJT in Conventu Mexicano. Anno Domini 1661. die 7. Iunij. Venerabilis Frater Francis-

cus Montes conversus, & filius eiusdem Conventus, vri planè religiosus, cuius memoria in benedictione, qui Parentis nostri Dominici magno vestigia sequi conabatur ardore. Vnde linguę observātissimus, ita vt nisi de Deo, & rebus communi bono opportunis, vel ad proximorum salutem spectantibus colloquebatur. Semper aspectu gravi, hilari vultu, demissis oculis; motu religioso incedebat. Pro conservandis, augendisque communitatis bonis non exigua anxietate laborabat. Carnes numquam edebat, imò, & omnibus sextis ferijs in pane tantum, & aqua ieiunabat, cilicio asperrimo, ac ferrea cathena domabat corpus, iteratis, crudelissimisque discruciabatur flaxellis vsque ad gutularum sanguinis sparsione. Fuit namque preceptorum Venerabilis Magistri Granatensis (cuius volumina lectitabat) fidelissimus executor, & ita observantię Regularis, & nostri Ordinis constitutionibus addictus, vt fuerit nullus, qui eum, vel de minima presumpserit accusare fractione. Neque cœlestibus caruit delectationibus, nam semel, vt traditur à Confessario, à Santissimo P. N. Dominico paterno fuit recreatus amplexu. Plenus tamdem meritis, & virtutibus Ecclesię sacramentis magna cum humilitate, & devotione sumptis, obdormivit in Domino.

In dictio futuri Capituli.

ASsignamus pro futuro Capitulo celebrando nostrum Regalem Conventum S. P. N. Dominici de Mexico, Dominica quarta post Octavas Paschæ, die sexta Maij, & anno 1679. Datis, & actis in prædicto nostro Mexicano Conventu, die 25. mensis Maij, anno Domini 1675. Manu propria subscriptis, & sigillo minori Provinciæ comunitis. Añadido Ducem D. Antonium Millan Vale

Frater Antonius Leal de Araujo,
Magist. & Prior Provincialis.

Fr. Franciscus Muñis, Mag. & Vic. Domus nostræ de Azcapozalco, Primus Diffinitor.

Fr. Ioannes de Sancto Dominico, Mag. Secundus Diffinitor.


Fr. Marcus Rubio, Predicator Generalis. Tertius Diffinitor.

Fr. Andreas de Andrada, Pręd. General. & Vicarius Domus N. de Atlacoayan. Quartus Diffinitor.

De mandato RR. Adm. PP. Provincialis, & Diffinitotorum.

Fr. Thomas Mejia, Pred. Gener. & à Secretis Capituli.

Por Man.do de N. M. R. P.e M.o Prov.l
fray Man.l Riuan
Sec.o g.l y Comp.o



as L

reas de An
neral. &.Vic
ace

cial.

en

